



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

S. Odilo Abbas. Cura defunctorum

[Köln], [1654]

S. Quirinus Martyr. Fervor fidei.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71907](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71907)



S. QUIRINUS MARTYR.

Fervor fidei.

Deus, pro cuius fide fervens miles
QUIRINVS bonum certamen consum-
mavit; da Christianis omnibus, iusta
arma tractantibus, sub tui amoris &
amoris imperio jugiter militare, &
caelestia tandem stipendia consequi.

Ora pro militibus Christianis,

99

onditum
, an. 60
vice sua
uum,
ui Magis
beundu
o Agre
auso. D
i Synod
nciliatio
s nocere
ensibus
suastra
antiorib
Amat
rem sur
am ex
suspend
fulgure,
inū à ser
empestat
extrui co
perficien
tuus. Co
oniales
t.
us : milit
cli. 28.

Anno 117, sub Trajano Imp. & Principe Aureliano, erat custodia carcerum commissa Quirino, viro nobili ac Militum Tribuno; illis autem præter alios tenebantur, SS. Alexander Papa, & Hermes Præfectus Urbis, ab illo baptizatus. Huic cum Quirinûs suaderet, abdicato Christo redire ad Præfecturam; & Hermes illi, ut potius ipse fieret Christianus; futurum se ait, si experiendo comprobasset, duos illos, clausis utrimq; januis, ad invicem commeari. Vidit ergo, & probavit. Quare pro filia Balbina, strumis laborante, Alexandrum deprecans; jussusque sumptam à collo Pontificæ bojam collo puellæ appendere, eamdem subito sanatam conspexit. Adduxit ergo ille luc totam familiam, una cum captivis omnibus, ad hoc solutis, baptizandam. Tunc iratus Aurelianus, Quirinum jussit, lingua, manibus, pedibusque multatum, capite plecti. Corpus, via Appia in cœmeterio Prætextati sepultum, atque inde fortassis in eadem filia Balbinæ translatum, Leo anno 1050 dedit Gepæ Abbatisse: quæ ipsum Novesi ad Rhenum collocavit.

Præliabantur prælium Israel cum latiniis
1 Mach. 3.